



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Si dæmones corporali igne cremantur. F

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

De reprobis a. quæri solet, an cum deformitati-
 bus his habitis resurgant? Hoc a. Aug. non asserit, *In Ench. ca.*
 sed dubium reliquit, ita inquit, Quicumq; ab il- *92. in princ.*
 la perditionis massa, quæ per Adam facta est, non
 liberantur per Christum, resurgent quidem etiam *Matth 25. d*
 ipsi, vnusquisq; cum sua carne. sed vt cum diabo-
 lo eiusq; angelis puniantur. Vtrum vero ipsi cum
 vitijs & deformitatibus suorum corporum resur-
 gant, quæcunq; in eis gestarunt, inquirendo labo-
 rare quid opus est? Non enim fatigare nos debet
 incerta eorum habitudo vel pulchritudo, quo-
 rum erit certa & sempiterna damnatio. Ecce non
 definit, an tunc habeant deformitates, quas hic
 habuerunt reproborum corpora.

Quod non consumuntur corpora, quæ tunc ardebunt. E

Si vero quæritur de corporibus malorum, quo-
 modo in igne ardeant, & non consumantur? Aug.
 varijs exemplis astruit, & sempiternis ignibus ea
 ardere, & non consumi illa combustione: sicut a- *De civ. Dei,*
 nimus cuius præsentia corpus viuit, & dolorem *lib. 21. c. 1. 2.*
 pati potest, mori autem non potest. Hoc enim e- *3.*
 rit tunc in corporibus damnandorum, quod nunc
 esse scimus in animis omnium.

Si demones corporali igne cremantur. F

Quæri etiam solet, an demones corporali igne
 ardeant? Ad quod Aug. respondens ait. Cur non
 dicamus (quæuis miris, veris tamen modis) etiam
 spiritus incorporeos posse pœna corporali ignis af-
 figi, si spiritus hominum etiã incorporei, & nunc
 potuerunt includi corporalibus membris, & tunc
 poterunt corporum suorum vinculis insolubili-
 ter alligari? Gehenna illa, quæ stagnum ignis & *Apoc. 19.*
 sulphuris dicta est, corporeus ignis erit: & crucia-
 bit damnatorum corpora vel hominum, vel dæ-
 monum: sed solida hominum, aerea dæmonum.
 Vnus n. vtriusq; ignis erit, vt veritas ait. De quo i-
 gne si quæritur, qualis vel vbi sit. Aug. sic respōdet,

Mmm 3

ign s

*Matth. 25. d ignis æternus cuiusmodi fit, & in qua mundi vel
de Civ. Dei, rerum parte futurus sit, hominem scire arbitror
lib. 26. c. 16. neminem, nisi fortè cui spiritus diuinus ostendit
tom 5.*

Si anima sine corporibus sentiunt ignem corporalem. G

Cum autem cõstet animas igne materiali in corporibus cruciandas, quæri solet, an interim ante resurrectionem corporum animæ defunctorum reproborum materiali igne crementur? de hoc Iu-

*Dialog. 4. c.
29. Iulian.
lib prognosti.
2. de futuro
seculo, c. 16.*

lianus Toletanæ Ecclesiæ Episc. Gregorij dicta sectus, ita scripsit: Si viuētis hominis incorporeum spiritus tenetur in corpore, cur non post mortem etiam corpore igneo teneatur? Teneri autem per ignem spiritum dicimus, vt in tormento ignis videndo atq; sentiēdo puniatur. Quod a. non solum videndo, sed etiam experiendo anima ignis tormentum patiatur, ex euangelio colligitur, vbi veritatis voce diues mortuus dicitur in inferno sepultus: cuius anima, quod in igne teneatur, infir-

Luca 16. f

nuat, cum Abraham deprecatur dicens: Mitte Lazarū vt intingat ex di. sin a. vt refr. I. m. quia cruciatur in hac flamma. Dum ergo peccatorem diuitē damnatum in ignibus veritas perhibet, quis sapienter reproborum animas teneri ignibus neget? Præcipuè, cum humanam animam corporis similitudinem habere doceat Aug. ita inquit: Proferri animam habere similitudinē corporis & corporaliū omnino membrorum, quisquis renuit, potest negare animam esse, quæ in somnis videt vel ambulare se, vel sedere, vel huc atq; illuc gressu vel etiam volatu ferri: hoc sine quadā similitudine corporis non fit. Proinde si hanc similitudinē etiam apud inferos gerit, non corporalē, sed corpori similitudinē: ita etiam in locis videtur esse non corporalibus, sed corporalium similibus siue in requie, siue in doloribus. In Cassiani etiam voluminibus legitur: quod non sint otiosæ, neq; nihil sentiant, cum diues ille in inferno se flamma cruciari clamat.

*Super Gen.
c. 12. cap. 33.*

*Cassianus
lib. de decem
collat. patrū*

diues ille in inferno se flamma cruciari clamat. Vnde